ad sacramentum accedat. nec in sua causa talis testis iurator existat.

Habemus in lege. De auguriis et aliis maleficiis. LXII

domini mandatum. non auguriamini. & cetero nomine. Nemo sit qui
ariolos sciscitetur vel somnia observet vel auguria intendat. Item nemo
sit maleficus nec incantator. nec phitonem consulat. Ideo precipimus ut nec
cauculatores & incantatores. Nec tempestarii vel obligatores fiant. & ubi
cumque sunt emendentur vel damnentur. Item de arboribus vel petris vel fontibus. ubi aliqui
stulti luminaria et alias observaciones faciunt omnino mandamus.
ut iste pessimus usus & deo execrabilis ubicumque invenitur tollatur &
destruatur. De odio et invidia. LXIII

Predicandum necesse est quantum malum sit odium et invidia. in lege
enim scriptum est. non oderis fratrem tuum in corde tuo sed publice
argue eum. Item Iohannes evangelista. qui odit fratrem suum homi
cida est. Item in evangelio. Si peccaverit in te frater tuus vade
et corripe eum inter te et ipsum solum et reliqua. De avaritia. LXIIII

De avaritia autem legimus apostolum dicentem. avaritia que est idolorum
servitus cavenda. De concupiscentia vero legitur quod radix sit omnium
malorum. Item in lege. non concupisces rem proximi tui.

Hoc cum magno studio. De honore parentum. LXV

ammonendum est ut filii honorem [illegible] parentibus suis quia ipse
dominus dicit. honora patrem tuum et matrem ut sis longevus
super terram quam dominus deus tuus dabit tibi. De fide [illegible]
discuciend. LXVI

Heiligenkreuz 217, f. 214r

214 r

iussum est· hoc aut illud partibus ecclarum psoluat̄· & hoc
omib; notum sit quia quicumq; neglegent̄ exinde egerit·
& coram nobis neglegens exinde repertus fuerit· illud uolu
mus omnino ut subeat· qđ in nro capitulari de hac re ē com
muni consultu fidelium nror ordinauimus sunt

De comitib; ut & ministris eccle in suis ministeriis adiutoris

XII Comites uero ut ministris eccle in eor ministeriis plen' & de nris
& de se & de suis hominibus optinere possint adiutores se in om
nibus fiant· & quicumq; prima & secunda uice de his a comite
ammonitus non se non correxerit· uolumus ut p eundem comit̄
eius neglegencia ad nram noticiam pferatur· ut nra aucto
ritate qđ in nro capitulari continetur · subire cogatur·

De capitib; a cancellario palatii ab archi epis
& comitib; accipiend[illegible]is·

III Volumus etiam ut capitula que nunc & alio tempore consultu
fidelium nostror a nobis constituta sunt a cancellario nro
archi epi & comites eor de ppriis ciuitatibus modo aut p se
aut p missos suos accipiant· & unus quisq; p suam diocesim.
ceteris epis abbatibus comitib; & aliis fidelibus nostris ea
trans scribi faciant· & in suis comitatibus coram omnibus
relegant· ut cunctis nra ordinacio & uoluntas fieri nota possit·
Cancellarius tamen nr nomina epor & comitum qui e a

Heiligenkreuz 217, f. 234r

234 r